



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Praxis Episcopalis**

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quām brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Confinia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10421**

*Can. 50. in Tom. 2.* ubi habetur, si clericus est, deponatur. & Con. Trident. sess. 22. & capit. 1. de reform. ubi circa tanti vestitus, quām ludos committatur negotium arbitrio ordinarii, & hoc de clericis, vel constitutis in sac. vel habentibus beneficia ecclesiastica. *Navar. cap. 25. num. 110.*

Ad Decimum quintum. Respondeatur, quid clericus potest, licet non per se, sed per alium praesertim, exercere mercaturam, aliquid vilius emendo, & carius vendendo, in tribus casibus.

Primò, quando non habet aliunde, quo vivere posset. Secundò, ad sublevatam consanguineorum & parentum inopiam. Tertiò, quando tio esset prohibita a suo prælato, *Tabien. in ver. emptor, numero 19. Joan. Medina tract. de restit. q. 3. §. 20. Navar. c. 25. num. 110, notab. 34.* quod comprobatur multis Doctoribus, Guid. Pap., licet remissive, q. 177. & Con. Eliber. c. 19. ita auctorit. Conc. Sum. & Abb. in c. clerici, n. 3. de vita & honest. cler. & in c. dilecti filii, n. 3. de decim. & *Navar. de spol. num. 5. & in c. paternitas, 22. q. 1.*

Ad Decimum sextum. Ut clericus in genere perdat privilegium clericale, quinque requiruntur, quae videoas in *Capyc. decisio 161. numero secundo,* ubi videto etiam, quando clericus dicatur exercere lœva, seu enormia delicta, & quid sit frequentare delicta, & quid sit deprehendi in criminis, quæ omnia notanda sunt pro praxi quotidiana, vide etiam *Butrium in cap. 1. de apostat. Cæpollani confi. 11. Foller. in præct. crim. de excusat. numero 40. & 47.* & quando dicatur in-

corrigibilis, vide Diaz in *præct. crim. Can. capit. 131.* & Abb. in *capit. perpendimus, numero primo, 3. & 5. de sentent. excommunicat.*

Ad Decimum septimum. Vide Abb. in *capit. conjugatus, numero quinto, & sexto, de convers. conjung. & quæ dicam, in ver. ordo, §. ad minores, dub. 3. & cap. quod à te, de cler. conjugat.*

Ad Decimum octavum. Vide præter alios Grammatic. *decisio. 29. numero septimo,* & Doctor. in *capit. si diligent, de foro competen.* hoc intellige extra casum Constitutionis regni, quæ incipit: Finis præcepti charitas, & alia. Ad Regale fastigium, vide Capitaquens. *decisio. 149. parte secunda,* ubi habes, quid pœna extraordinaria & arbitraria fallit, si facit se trahere de consensu suo, vel favore, & maximè super causa decimorum, vel spiritualium, quia tunc insideret in Bullam Cœnæ Domini *Navar. consilio primo, numero octuagésimo primo, de consti- tut. sectus verò si invitus.*

### CONFINIA.

Primò. Confinia an probent dominium? vide in *ver. dominium.*

Secundò, quomodo probentur, vide in *ver. testes, num. 32.*

Tertiò, quid si mutentur, animo furtandi, vel non dicto animo, & quomodo in utroque casu castigentur, qui mutant, vide Novel. *de jure protim. §. secundus, num. 102. & infra, vide in ver. limi- tes five termini.*

Quartò, confinia, seu limites, an possint præscribi, vide Abb. in *cap. cum inter N 3*

*inter vos, numero 2. de verb. sign.*

Quintò, confinia diæcesis Episcopatu[m]. Provinciarum, & Parochiarum, an, & quando possint præscribi, vide Panorum. in c. super eo, de paroch. Felin. inc. quia indicante, col. 2. de præscrip. Old. cons. 283. Abb. cons. 12. vol. Cut. cons. 56. col. 9. cap. cum can[s]am, & ibi gl. in ver. per libros. de prob.

Sextò, an probentur per scripturam, licet non propter hoc principaliter factam. Respondeatur de Innoc. in c. olim, n. 5. decens. quodd sic.

## C O N C I L I U M .

## S U M M A R I U M .

- 1 *Quotuplex sit.*
- 2 *Quot annis celebrari debeat.*
- 3 *Qui convenire debeant ad illud.*
- 4 *Quo ordine in eo sedendum.*
- 5 *Quidibi[us] agi debeat.*
- 6 *Quo tempore celebrari debeat.*
- 7 *Impedito Archiepiscopo, quis teneatur congregare Concilium provinciale.*
- 8 *An possit recusari, seu ab ipso appellari.*
- 9 *An Metropolitanus teneatur concilium indicere.*
- 10 *An Capitula Cathedralia compellantur venire ad illud, vel possint ibi convenire laici,*

**A**D Primum. Vide Sylvest. in ver. Concilium, num. 1. & in summa est triplex, Generale primum, seu Oecumenicum, ut Con. Trid. ubi omnes prælati Ecclesiæ concurrunt, & Papa,

vel ejus Legatus præsidet. Secundum provinciale, ubi Metropolitanus præsider, & convocantur omnes Suffraganei, & Abbates provinciæ. Tertium diœcesanum, ubi Episcopus cum Capitulo & Clerico convenit, ista patent ex vulgatis.

Ad Secundum. Sac. Con. Trid. sess. 24. c. secundo, de reformat. quolibet triennio Synodum provinciale, & diœcesenam quotannis celebrati, præcipit, quod utinam observaretur, quia multa bona oriuntur ex frequenti Synodorum celebrazione, ut experientia docet: nā frequenter Episcopi à multis excessibus, ipsique Metropolitani, ac Clerus subtrahentur, quia tunc populi solent afferre querelas, prout vidi in multis Synodis, quibus interfui, & sumere debemus à Regularibus exemplum qui singulis annis celebrant sua Capitula provinciale, ad mortum, ac aliorum reformationem, & hoc clamat Alphon. de Castro, libro quinto, capite quinto, de justa heretic. puni. hoc vocifetantur sacri Canones, cap. de Conciliis, capit. habetur, cap. quoniam, si secundo, 18. distinet. ad hoc exhortatur Sac. Con. Trid. loc. cit. & licet non sicut semper nova decreta in illis, fiunt tamen aliquot ore tenus reformationes necessariae. prout Concilia Mediolanensis, Concil. Antioch. Can. 10. Con. Carthag. c. 2. Epist. Horismidæ Pap. ad Episcopos Hisp. Con. Aurel. c. 12. Con. Tolent. XII. c. 12. Con. Later. sub Innoc. III. c. 6. Conc. Basilien. sess. 15.

Ad Tertium. Dico primùm, omnes Episcopi Comprovinciales convenire debent, Concil. Trident. loco citat. & hoc quoad Concilium provinciale, securus posset

